

cūcūlus, **i.** subs. m. **FORMA** ū posterior apud Plautum Horatium, postea breuior facta est; ciculus ISID Orig 12.7.67.; cucullus GLOSS 5.186.36., 3.89.61. cuccullus cod.; ut onomatopoeia sensum et usum praebet uocabulo Hispano tucus communes ISID Orig 12.7.67. Tucos, quos Hispani ciculos uocant, a uoce propria nominatos. GLOSS 5.624.35. tuchus est cuculus. De plantae nomine ambigitur utrum a cucullus^{ANDRÉ OIS} proueniat an a cuculus^{EM}; nos ad cucullum melius pertinere putamus, quippe quod campanulam admo-
neat. **ETYM** ab auis uoce onomatopoeia tracta VARRO Ling 5.75. ab suis uocibus ... upu-
pa, cuculus. ISID Orig 12.7.9. Auium nomina multa a sono uocis constat esse conpo-
sita: ut ... cuculus. GLOSS 5.186.36. cucullus a sono uocis compositum nomen habet.
DLAT cuccubire, quod facit animal a noctua designatum; cuculare. **DROM** **a** 'maritus
cornutus' > fr. cocu; it. vecchio cucco 'stultus senex'; cuco 'callidus'. **b** cuco, cuclillo,
cuquillo; fr. coucou, port. cuco, rum. cuc. [**FREQ** minima **14**^{indicia} **0,87**^{/d.c.m.} **254-184**
PLAUT] uocabulum scriptis technicis ad historiam naturalem medicinamque pertinentibus;
necnon litterariis dramaticis satiricis, item exponendo aptis, et prosa et uersu, omnibus usi-
bus praesertim quotidianis; inde ab initiis apparet, in fine Antiquitatis languens.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	dramatica	5	11
	exponendo	8	3
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	III-II aec.	5	12
	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	6	1,5
	III-V ec.	2	0,22
DIAPHASICA	docta	1	0,48
	media	8	0,62
	quotidiana	5	8,7
DIASTRATICA	litteraria	6	0,46
	technica	8	2,8
MODUS	prosa	8	0,28
	uersu	6	3,1

¶ **a** (↗coccyx) auis rapax apud Romanos quae oua sua alienis nidis incubando relinquit •
cuco o cuclillo, ave rapaz para los romanos [HYPER accipiter SIM coccyx]  PS DOSITH
Leid. κόκκυξ cuculus. PS DOSITH Vat 435. κούκουβλος, cuculus. GLOSS 2.352.2. cuccu-
lus κόκκυξ εἶδος ὀρνέου.

(↗cuculare) cum cantabat, proprie cuculabat 121 SUET Prata 161. cuculorum est cu-
culare.  ANTH 762.35. cuculi cuculant.

b1 cuius mores inuasorii ubique cogniti sunt, ouis in alienis nidibus expositis; unde ad ui-
rum pertinuit mulierum amatorem • sus costumbres invasoras eran famosas, pues la hem-
bra deja sus huevos en los nidos de otras aves; de aquí, su aplicación al hombre mujeriego
254-184 PLAUT Asin 934. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit.

qui alienas domos petit ut conuentus uenereos habeat • que entra en casa ajena con fines
sexuales 254-184 PLAUT Asin 923. ART. Surge, amator, i domum. DEM. Nullus sum.
ART. Immo es, ne nega, omnium hominum pol nequissimus. at etiam cubat cuculus.

uel sexualia sui coniugis deliramenta patitur • o, por el contrario, soporta los devaneos
sexuales de su pareja 191 PLAUT Pseud 96. nullo pacto possum uiuere, si illa a me aba-
lienatur atque abducitur. PS. Quid fles, cucule? uiues.

inde ab initiis ad hominem callidum uafrumque pertinuit • ya desde temprano se aplicó a
la persona astuta y pícara 200 PLAUT Trin 246. «da mihi hoc, mel meum, si me amas, si
audes.» ibi ille cuculus: «ocelle mi, fiat: et istuc et si amplius uis dari, dabitur.»

b2 auis erat caeli sereni tranquillitatisque nuntia • era ave que anunciaba el buen tiem-
po 79 PLIN Nat 30.85. amphisbaena sola serpentium frigori se committit, prima om-
nium procedens et ante cuculi cantum.  ANTH 733.13. cuculus cantans scottos
iter ire perurget.

quare uiatores qui aliorum agros legebant uer peragebant, cum eorum labores, uere inita,
nondum expediti erant, sub eius nomine agricolas uocitabant • y por ello los caminantes
que bordeaban campos que, todavía en primavera, estaban sin preparar, gritaban el nom-
bre de este pájaro a sus dueños 34-30 HOR Sat 1.7.31. Praenestinus ... durus uindemia-
tor et inuictus, cui saepe uiator cessisset magna conpellans uoce cuculum. 79 PLIN
Nat 18.249. agricola sciat inde natam exprobrationem foedam putantium uites per
imitationem cantus alitis temporariae, quam cuculum uocant; dedecus enim habe-
tur obprobriumque meritum falcem ab illa uolucres in uite deprehendi.  PORPH
Hor in Sat 1.7.31. solent de uia rustici circum uiam arbusta uindemiantes a uiatori-
bus cuculli appellari.

c MED cuius fimum usui contra canis rabiosi morsum habebatur • sus heces eran prove-
chosas contra la mordedura del perro rabioso 79 PLIN Nat 28.156. canis rabiosi morsui lau-
dant et ... fimum ... melis et cuculi et hirundinis decoctum et potum.

item aui tantum tacta somnum inducebat • y el propio contacto con su cuerpo era capaz
de atraer el sueño 79 PLIN Nat 30.140. somnos adlicit ... auis cuculus leporina pelle
adalligatus.